

morigeram. Et hoc satis illi esse poterat ad explicandam $\pi\alpha\lambda\iota\pi\pi\alpha\pi\alpha$. Quam dum exten-
dit etiam ad alias coctiones, nimis solicitus
est, & præter rationem, ne alia dicam incom-
moda, in quæ $\pi\alpha\lambda\iota\pi\pi\alpha\pi\alpha$ illa incurrit.



*Lienem vacuare aquas per
urinas.*

C A P. XV.

Cum Hipp. id observasset in aliquam mul-
tis, jussit deinde dare diuretica. Inter e-
os quorum historias scripsit, fuit Bion 2. Epid.
t. 27. apud Valles. Hic enim cum laboraret
inflammatione lienis, habebat hæmorrhagi-
am ex sinistris & copiosum urinæ profluvium.
Fuerunt alii multi, quos 4. Epid. 10. apud eun-
dem Vall. ait fuisse $\alpha\mu\omega\rho\pi\delta$ (intelligo de
hæmorrhagiâ, simili antedictâ) & habuisse
purgationes criticas per urinas. Fuerunt &
alii 2. Epid. 3. t. 14. item apud Valles. In qui-
bus vidi, Lienis humores consedisse, atq; ita
metus recidivæ abstulisse, si urinæ fluxissent.

Ex his aliisq; natura est illi præceptum,
de quo dixi, quod conceptis verbis habet l.
de Int. aff. Lienosis danda esse diuretita. Et
l. de Ext. aff. laudat eadem biliosis qui ma-
gnum

"